

ἀπό significat *abs, ante, prae, propter* (πρό, ὑπό, ἔν).

διὰ significat *per*, sed etiam *ab, ex*, causam instrumentalem et secundariam, sed etiam principalem et primariam (ὑπό, ἐκ, ἐξ, ὑπὸ).

ἐν valet *in, ad, per* (instrum.), *propter, ab, ex* (ὑπό, διὰ, ἐκ, ἐξ).

ἐνώπιον τοῦ significat *coram, apud, in oculis* (παρά, ἔναντι).

ἐξ, ἀπό significat *inter* (ἐν, ἔν), et pro genitivo partitivo ponitur; quamquam etiam genitivus partit. frequens est.

ἐπί (cum acc.) significat: *de* (περὶ, ὑπὲρ τοῦ, ἐπὶ); *ad* (πρός, ἐπὶ, ὑπὲρ); *contra* (κατά, ἐπὶ, ὑπὲρ).

περὶ significat *pro* (ὑπὲρ, ἐπὶ).

πρός valet *de* (περὶ, ὑπὲρ), et *secundum* (ἐπί, ὑπὲρ, ὑπὸ, ὑπὲρ).

Peculiaris est linguae biblicae *usus complementorum verbi* (et *adjectivi*) hebraizans, scilicet *usus praepositionum pro casibus simplicibus, verbis* (et *adjectivis*) *adjunctis, aut usus aliarum praepositionum ac pura lingua Graeca* (vel *Latina*) *postulat.*

E. g. ἀκολουθεῖν ὀπίσω vel μετὰ τοῦ sequi post vel cum (pro dat. in Gr.) hebr. הָלַךְ אַחֲרָי; εἶναι, γίνεσθαι εἰς τι (pro nomin. dupl.), esse, fieri (in) aliquid, sicut hebr. הָיָה לְ; εὐδοκεῖν ἐν τινι vel εἰς τινα (pro dat.) בְּ; delectari (in) aliquo, amare; ὀμνέειν ἐν τινι, εἰς τινα, κατὰ τινος (pro acc. in Gr.) jurare in, ad, (pro per) hebr. נִשְׁבַּע בְּ; ὁμολογεῖν ἐν τινι (pro acc.) profiteri aliquem sicut Hebr. הוֹדָה בְּ; πιστεύειν ἐν τινι, ἐπὶ τινι, ἐπὶ τινα (pro dat.) credere in aliquem, hebr. הֵאמִין בְּ.

Similia sunt: ἀδυνατεῖν παρὰ τῷ, ἀπὸ τοῦ impossibile apud aliquem (pro dat.), γέμειν ἐκ τοῦ plenum esse ex (pro gen.), δεῖσθαι πρὸς τινα precari ad aliquem (pro gen. in Gr.), ἐγένετο ῥῆμα θεοῦ ἐπὶ factum est verbum Dei super (pro dat.), ποιεῖν τι μετὰ τινος facere aliquid cum aliquo (pro dat.), προσκυνεῖν τινι (pro acc.) adorare, venerari aliquem, φεύγειν ἀπὸ fugere a (pro acc.), φοβεῖσθαι ἀπὸ τινος timere a (pro acc.) etc. — Deinde ἀθῶος (vel καθαρὸς) εἶναι ἀπὸ τοῦ αἵματος mundum esse a sanguine (pro gen.), κοινωνὸς εἶναι τινος ἐν τινι socium esse alicujus in aliqua re (pro dat. pers. et gen. rei).

NB. *Interjectio* Graeca ἰδοὺ ecce, saltem frequentia ejus hebraismum redolet; imitatur enim interjectionem Hebraicam: הִנֵּה.

10. In syntaxi.

Lingua Hebraica et hebraizans praedicatum frequenter ante subjectum ponit, contra morem linguarum Indogermanicarum. Deinde propositiones subordinatas et periodos Graecis ac Latinis familiares, propter penuriam conjunctionum et absentiam consecutionis temporum sermo

Hebraicus non admittit; ideo sententiae membratim coordinantur et plerumque conjunctione καὶ et connectuntur. Hebraismis annumerantur adhuc directa verborum alterius relatio, item raritas participiorum et assiduitas temporum verbi, seu frequentia quorundam temporum et absentia reliquorum.

§ 24.

Hebraismi lexicales in lingua Graeca biblica et versionibus.

Tria hebraismorum lexicalium genera in Bibliis distingui-mus: a) *verba* Hebraica (et Aramaica) textui Graeco aut Latino inserta (praeter nomina propria); b) *voces* Hebraicas tropicas ad *verbum expressas*, seu significationes apud Hebraeos translatae vocibus peregrinis respondentibus attributas; c) *imitationem* seu servilem versionem *phrasium* linguae Hebraicae peculiarium. Quibus ob affinitatem adjicimus: d) *rabbiniismos*. In numerum hebraismorum etiam aramaismos, propinqua linguae cognatione illis conjunctos referimus. Notandum adhuc est, in lingua versionum Graecarum Antiqui Testamenti hebraismos imprimis lexicales esse frequentiores, quam in lingua Novi Testamenti, cujus auctores graece scribentes ad verba Hebraica non erant alligati.

1. — *Voces Hebraicae et Aramaicae* in lingua Graeca biblica.

In versione LXX.

Γειώραις, γειώρας (Ex. 12, 19. Is. 14, 1.) advena, proselytus, ex Hebr. גֵּר; θίσβω (Ex. 2, 3. 5.) arca, cista, fiscella, תִּבְיָה; σαβέκ σαβֵק ramus perplexus (Gen. 22, 13.); βεδέκ βִדְקַת fissura (IV. Reg. 12, 5.). Fortasse interpretes illas voces non intellexerunt, vel bene reddere non potuerunt; immo credibile est, voces illas Hebraicas eo tempore apud Hellenistas Aegypti usitatas fuisse.

Majore numero sunt voces Hebraicae et Aramaicae in *Novo Testamento*, quarum enumeratio hic sequitur (omissis nominibus propriis).

Ἀβαδδών hebr. אַבְדֻן interitus, devastator; — ἀββᾶ hebr. אָבָא aram. אָבָא pater; — ἀκελδαμά ar. אֶקֶל דְּמַיִם ager sanguinis; — ἀλληλοῦια heb. הִלְלוּ הִלְלוּ laudate Dominum; — ἀμήν h. אָמֵן veritas, vere, ita sit, fiat; — ἀρράβων h. עֲרָבוֹן pignus, arra, arrhabo (Aufgeld, Handgeld); — βάρ a. בָּר filius; βεελζεβούβ vel βεελζεβούβ h. בַּעַל זְבוּיָה dominus recessus seu templi (vel a זְבוּיָה quod in nova lingua Hebr. fimum, stercus significat) et h. בַּעַל זְבוּיָה dominus muscae; βελιαι heb.

בְּלִיעַל nequitia, nequam; — βηθεσδά ar. בֵּית הַסֵּדָא domus gratiae; — βοανεργές heb. בְּנֵי רָגַשׁ filii tumultus, vel. ar. בְּנֵי רָגַשׁ filii tonitrus; — γαββαθᾶ ar. גַּבְתָּא vel גַּבְתָּא לֹקֶס locus editus, suggestus, podium pro sede iudicis; — γεέννα h. גֵּיא הַנּוֹם (vel גֵּיא) vallis Hinnom; — γολγοθᾶ ar. גְּלִגְלוֹת heb. גְּלִגְלוֹת calva, calvaria (κρανιον); — ἐμμανουήλ h. עֲמַנּוּאֵל nobiscum Deus; — ἐφφαθά ar. אֶפְתַּח aperitor; — ἦλι (ἡλῶι, ἔλωι) לַמָּה שַׁבְּתָתִי ar. לַמָּה שַׁבְּתָתִי (אֵלֵי) אֵלֵי Deus mi, quare (num) dereliquisti me? (עֲוֹבְתָתִי); — ἰησοῦς h. הַיֵּשׁוּעַ vel יֵשׁוּעַ vel יֵשׁוּעַ salvator; — κηφᾶς ar. כִּיפָא petra; — κορβᾶν h. קֹרְבָן donum, oblatum, κορβανᾶς ar. קֹרְבָנָא thesaurus sacer; — μαμμωνᾶς ar. מַמּוֹנָא rabbinice מַמּוֹן Mammon, opes, divitiae; — μάννα h. מָן manna; — μαρᾶν ἀθά ar. מַרְנָא אֶתְהָ Dominus noster venit, anathema; — μεσσίας h. מְשִׁיחַ unctus (χριστός); — πάσχα heb. פֶּסַח ar. פֶּסַח transitus, pascha; — ῥαββί heb. רַבִּי magne, princeps, in nova Hebr. magister, doctor; ῥαββονί vel ῥαββονί nova Hebr. רַבּוּנִי vel רַבּוּנִי magnifice, eximie doctor; — ῥακά h. רֵיק (רֵיק) vel ar. רֵיקָא vanus, inanis, stultus, (alii derivant ex Hebr. רָקַק exspuit, ergo homo vilis, sputo dignus); — σαβαώθ hebr. צְבָאוֹת exercituum (Deus); — σάββατον hebr. שַׁבְּתָא ar. שַׁבְּתָא quies, sabbatum, hebdomada; — σατανᾶς heb. שָׂטָן aram. שָׂטָן et שָׂטָן insidiator, persecutor, inimicus, diabolus; — σίκερα heb. שִׁכְרָא potus inebrians (praeter vinum); — ταλιθά κοῦμι ar. תַּלְיָתָא קוּמִי puella, surge; — ὠσαννά h. הַיֵּשׁוּעָה salva quaeso.¹

2. — *Significatio tropica Hebraica ad voces peregrinas respondentens translata efficit tropos lexicales hebraizantes*, quorum praecipui et intellectu difficiliores hic sequuntur per ordinem litterarum. *Adeps* הַלֵּב vel שֶׁמֶן sensu translato = nobile, opulentia, fertilitas, cibi vel epulae lautiores.

ambulare, περιπατεῖν, πορεύεσθαι הִלֵּךְ = vivere, agere, vitam et mores instituire.

anathema הָרֵם = Deo devotus, maledictus, morti destinatus.

angustia, ἀνάγκη מצר, מצוק, מצוקה = miseria, calamitas.

¹ Rabbini talmudistae ipsum nomen εὐαγγέλιον Hebraicum esse volunt: R. Meir derivat ex גְּלוּיָן = vanitatis seu idololatriae revelatio, R. Jochanan ab גְּלוּיָן = iniquitatis revelatio. (Talmud bab. Sabbath, fol. 116. a.) Sed rabbini voces illas prave detorquent: nam hebraice גְּלוּיָן chaldaice גְּלוּיָן significat tabulam scriptoriam; גְּלוּיָן vanitatem seu idololatriam et עוֹן peccatum. Vocem autem εὐαγγέλιον Graecam esse, nemo linguae hujus aliquantulum gnarus dubitare potest. (Respondet voci Hebraicae בְּשׂוּרָה vel בְּשׂוּרָה laetum nuntium Cf. II. Reg. 18, 22. 27.)

anima, ψυχή, נַפְשׁ = vita, persona, homo; *anima mea* נַפְשִׁי = ego, vita mea, corpus meum; *anima mea in manibus semper* = vita mea perpetuis periculis obnoxia est, sicut vas fictile manibus portatum; *animam ponere* = vitam periculis committere, morti se tradere.

aquae, fluctus, tempestates, מַיִם, תְּהוֹמִים, סַעַר, סַעֲרָה = calamitates, miseriae, plagae; e. g. intraverunt aquae usque ad animam meam (Ps. 68, 2.) = oppresserunt et quasi penetraverunt me calamitates.

audire (vocem), ἀκούειν τὴν φωνήν τινος בָּקוּל vel לְקוּל vel קוּל אֶל שָׁמַע = obedire, obtemperare.

benedicere, εὐλογεῖν τινα, בָּרַךְ, בָּרַךְ = laudare, beneficiis cumulare, bene precari, vel εὐλογεῖν τι קָדָשׁ rem benedicere, consecrare.

benedicere Deo בָּרַךְ = valedicere Deo, exsecrari Deum.

cadere, πίπτειν נָפַל = non fieri, interire; *cadere in terram* πίπτειν ἐπὶ τὴν γῆν אָרְצָה נָפַל = in irritum cadere, perire.

calix, ποτήριον, כּוֹס = sors.

caro, σῶξ, בָּשָׂר = corpus, concupiscentia carnis, passiones, homo mortalis, consanguineus.

concupiscentia oculorum הַמַּדְרָה vel הַפִּיץ = desiderabile, pretiosa, opes, — avaritia.

confiteri, ὁμολογεῖν τινι et ἐξομολογεῖσθαι τινι, θεῷ הוֹדָה (Hiphil ex הוֹדָה) cum acc. et לְ = laudare, celebrare, alicujus dominium vel magnitudinem agnoscere; *confessio* הוֹדָה = gloria, splendor, majestas, vel תוֹדָה = laus, gratiarum actio, glorificatio.

cornu, κέρας, קַרְנֵן = potentia, robur, fortitudo vel potens, robustus, fortis, vel auctor; similitudo petita est a tauro (apud scriptores profanos cornu = abundantia, similitudine a vase oleario petita); *cornu salutis* κέρας σωτηρίας = robustus, fortis salvator vel auctor salutis; *elevare cornu* = superbum, audacem esse, *elevare, dare cornu alicui* = fortitudinem et gloriam dare.

creatura, κτίσις, aram. בְּרִיאָה = creatura, neohebr. בְּרִיאָה = homo.

debitum, ὀφείλημα, aram. (et hebr.) הוֹבָא, הוֹבָא = peccatum; *debitor* = peccator erga aliquem.

dies, יוֹם = tempus; ἡ ἡμέρα dies judicii.

domus, οἶκος, οἰκία, בַּיִת = familia, facultates, bona.

exerceri, שָׁחַ = loqui, canere, meditari, vel שָׁעַע Pilp. et Hithp. delectari.

facies mea, פָּנַי = ego, persona mea; *in facie* פָּנַי אֶל vel לְפָנַי = coram, ante, contra; *a facie* מִפָּנַי = propter, a, de; a facie insi-

pientiae meae = propter insipientiam meam; ad faciem עַרְפָּי =
 coram, ante, ad, publice; vide etiam infra sub voce *vultus*.
filius, בֶּן = nepos, descendens, posterior, puer, juvenis; *filius et filiae* =
 posterior; e. g. filii Israel, filiae Aaron; *filius Dei* = boni homines,
 angeli, *filius hominis*, υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, בֶּן הָאָדָם = homo, et
filius hominum = homines terreni, improbi, *filius prophetarum* = disci-
 puli; vide etiam infra inter idiotismos.
frater אָח = cognatus, concivis, alter.
gentes גוֹיִם = gentiles, pagani, impii.
induere, *indui*, ἐνδύεσθαι לָבַשׁ = tegi, operiri, ornari (virtute, justitia,
 pudore, immortalitate).
interrogare, ἐρωτᾶν, שָׁאַל = rogare, petere.
irasci רָגַז = contremiscere; irascimini et nolite peccare = contremi-
 scite Deum, timore Dei, et nolite peccare.
judicare דָּן etiam = imperare, regnare; judica me Deus et discerne
 causam meam = judica causam meam et coërce hostes meos.
judicium דִּין = justitia, jus, probitas, opus bonum, virtus.
justitia δικαιοσύνη צְדָקָה, צְדָקָה = jus, salus, pietas, virtus, sanctitas,
 benignitas, liberalitas, eleemosyna; similiter *justus*.
labium, χεῖλος שֵׁפָה = lingua, sermo.
latitudo, רָחֵב, מְרֻחָב = libertas, felicitas.
legem ponere, הוֹרִיָּה Hiph. הוֹרִיָּה = docere, instituere.
lingua, γλῶσσα, לָשׁוֹן = populus, gens.
manus, יָד = potestas; *in manu*, בְּיַד = per, medio aliquo.
mors θάνατος, מוֹת sicut aram. מוֹתָא aliquando = pestis (e. g. Apoc.
 6, 8, 18, 18.); *laquei mortis* מוֹת מוֹקְשֵׁי = pericula vitae; *umbra*
mortis צֶלְמוֹת umbra, nox caliginosa, sepulcrum; *exitus mortis*
 לְמוֹת תוֹצֵאת = exitus seu liberatio mortis, ex, a morte; *gustare*
mortem, γεύεσθαι θανάτου, heb. טָעַם מוֹת, rabbin. מִיתָה, aram.
 מוֹתָא = mori; *videre mortem*, θάνατον ἰδεῖν, מוֹת רָאָה =
 mori.
nomen Domini = Dominus; *nomen* שֵׁם saepe abundat.
odisse, μισεῖν, שָׂנֵא = postponere, minus diligere, sicut *amare*, φιλεῖν,
 אָהֵב = praeferre.
odor bonus רִיחַ יְהוָה = odor sacrificiorum Deo gratus, ergo quiddid
 Deo gratum; rursus *odor malus* odiosum, abominabile.
panis, ἄρτος, לֶחֶם = cibus, victus, coena; *panem manducare*, ἄρτον
 ἐσθλειν, φαγεῖν, אָכַל לֶחֶם cibum sumere, cibum capere cum aliquo,
 cenare.

pars, μέρος, חֵלק, מִנְיָה = portio, sors, communio, consortium; *partes*,
 τὰ μέρη, קְצוֹת et קְצוֹת = fines, confinia, regio.
pax, εἰρήνη, שְׁלוֹם = felicitas, bona omnis generis, imprimis tranquil-
 litas animi ex conjunctione cum Deo orta; *filius pacis*, υἱὸς
 εἰρήνης, בֶּן שְׁלוֹם = pacificus vel pace dignus.
prophetare, προφητεύειν, נָבֵא et הִתְנַבֵּא vaticinari, hymnum canere, Spiritu
 S. inspirante et incitante loqui.
puer παῖς, נַעַר et *servus*, δοῦλος עֶבֶד frequenter inter se permutantur.
quaerere ζητεῖν בִּקַּשׁ = velle, conari; *quaerere sanguinem* ἐκζητεῖν τὸ
 αἷμά τινος ἀπὸ τινος, דָּם בִּקַּשׁ (אֶת) = vindicare caedem, mortem;
quaerere animam, ζητεῖν ψυχὴν, בִּקַּשׁ אֶת - נַפְשׁ = vitae insidiari.
respondere, ἀποκριθεῖσθαι, עָנָה = loqui coepisse, os aperire, aliquem
 alloqui.
saeculum, αἰὼν, עוֹלָם = aeternitas, aetas, tempus praeteritum et futu-
 rum; in lingua Hebr. recentiore (Talmud) = mundus vel spiritus
 mundanus, unde in usum loquendi ecclesiasticum transivit.
salutare, σωτηρία, σωτήριον, יִשְׁעָה, יִשְׁעָה = salus, salvator.
sanctum, קֹדֶשׁ = sanctuarium; juravi in sancto meo = per sanctua-
 rium meum.
sapientia, *intelligentia*, *scientia* חֵכְמָה, בִּינָה, דַּעַת = virtus, probitas, vitae
 integritas; *insipientia vel stultitia*, נְבִלָה = impietas, scelus.
scriba, γραμματεὺς, סֹפֵר = legis peritus, doctor religionis.
sedere, καθῆσθαι, יָשַׁב = habitare, manere.
semen, σπέρμα, זָרַע = filius, posterior; *suscitare semen alicui*, ἀνιστάναι
 σπέρμα τινι זָרַע הַקָּיִם = sobolem procreare alicui vel ex aliqua.
seniores, πρεσβύτεροι, זְקֵנִים = principes, magistratus; in N. T. sacer-
 dotes et episcopi.
signum, σημεῖον, אֵיזָה = miraculum.
spolia, σπῆλαι, שְׁלָל = supellex, utensilia, bona.
surgere, ἀναστῆναι, קָם = oriri, nasci, exsistere.
vadere, ἐπάγειν, πορεύεσθαι, הָלַךְ = abire e vita sc. mori.
vas, σκεῦος, כְּלִי = instrumentum, corpus; *vas electionis* = instrumen-
 tum electum.
velle אָהַב = amare, favere, delectari, placere.
venturus, ὁ ἐρχόμενος הַבָּא = Messias.
verbum, λόγος, ῥῆμα, דְּבַר = res, aliquid.
virtus, δύναμις, נִסְיָה = miraculum; *virtutes coelorum*, totum caelum
 vel tantum astra; sed *exercitus coelorum*, στρατιά τοῦ οὐρανοῦ,
 צְבָא הַשָּׁמַיִם = angeli, astra.
via, ὁδός, דֶּרֶךְ; *viae Domini* יְהוָה יְרֵבֵי יְהוָה = leges, consilia Dei; *viae*

hominum דְּרַבִּי הָאֲרָיִם = agendi ratio hominum, dein doctrina practica et etiam theoretica.

viscera, σπλάγχνα, רַחֵם, רַחֲמִים = cor, sedes misericordiae, amoris et gratiae, ergo ipsa misericordia etc.

vitam videre, δεισθαι ζωὴν, רָאָה חַיִּים = vivere.

vocari, καλεῖσθαι, נִקְרָא = esse.

voluntas, הַפִּיץ = complacentia, desiderium, inclinatio, occupatio, negotium (πράγμα), res.

vultus et facies פָּנִים et עֵין affectum contrarium (iram, indignationem vel furorem) vel benignum (gratiam) significant; שִׁים עֵין עַל = benigne aspicere; שִׁים פָּנִים עַל = irate aspicere; dein ostendere faciem = benigne aspicere, favorem praestare; avertere faciem = oblivisci, favorem subtrahere; *vultus serenus, facies lucida* = favor, benignitas; signatum est (נִסָּה) incertae significationis super nos lumen vultus tui (verisimiliter) = converte (conversus est) ad nos vultum tuum benignum; illuminet vultum suum super nos = benevolentiam nobis praestet; in lumine vultus tui ambulabunt = favore tuo fruentur; pone eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui לָעֵת פְּנֵיהֶם = fac eos fornaces i. e. combure eos, conjice in fornacem tempore indignationis tuae; vultus Domini super facientes mala = Dominus irascitur impiis, ira Dei adversus eos.

zelare נִקְנָא = alicui invidere, aliquem vel aliquid aemulari, aegre ferre, irasci, acriter, cum zelo defendere.

Notandum adhuc est, in lingua Hebraica et hebraizante saepe nomina actionum animi, praesertim actuum intellectus et voluntatis inter se permutari. Nonnunquam autem e hebraismis secundum praecepta linguae Graecae (vel Latinae) nova formantur vocabula. E. g. σπλάγγνιζεσθαι misereri, προσωπολημψία, anathematizare etc.

3. — Hebraismis lexicalibus adnumerantur etiam *idiotismi* linguae Hebraicae de verbo ad verbum in linguam Graecam vel Latinam translatis. Horum praecipui sunt sequentes:

addere, προσιδέναι, apposuit προσέθετο, יָסַף cum infinitivo vel cum alio verbo finito (conjunctione et adjuncto) significat continuare, iterum facere; e. g. addidit et dixit = rursum dixit, addidit mittere = iterum misit, apposuit apprehendere = insuper apprehendit.

aedificare domum, לָבְנָה בַּיִת לְ, בָנָה בַּיִת לְ = liberos procreare, stirpem propagare, augere.

aperire oculos, aures, os, linguam, ἀνοίγειν τοὺς ὀφθαλμοὺς, τὰς ἀκοάς, τὸ στόμα τινός, עָן, פָּקַח עֵין, אָזַן, פָּתַח פֶּה, פָּתַח לִשָּׁה = visum, auditum, vocem restituere vel dare, primum etiam mentem illustrare; *aperire oculos super, אָל* = vigilare, benigne aspicere; *aperiens vulvam, διανοῖγον μήτραν רַחֵם, פֶּטֶר רַחֵם* = primogenitus.

aspicere, videre ab aliquo, βλέπειν ἀπὸ τοῦ שָׂמַר, oculis observare, custodire, Niph. et Hithpa. cum כֵּן = cavere ab aliqua re, sibi cavere.

auferre, tollere peccata, ἀφίεναι τινὶ τὰ ὀφειλήματα vel τὰ ἁμαρτήματα, לָקַח סָלָה vel aram. שָׁבַק הַזָּבַח = remittere, condonare peccata, veniam dare.

aures applicare, ἐνωτίζεσθαι, הִאָזִין = obaudire, attendere.

coram Deo, in oculis Dei, ἐνώπιον τοῦ θεοῦ (e. g. justus), יְהוָה (לְפָנָיו) בְּעֵינָיו = secundum iudicium Dei justissimum.

dicere in se, in corde suo, εἰπεῖν ἐν ἑαυτῷ, — ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ אָמַר בְּלִבּוֹ = cogitare, idem quod bene graece φράζεσθαι.

egressum ex ore, ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ (διὰ) στόματος, יִצָּא מִפִּי = sermo.

factum est verbum Dei super, ἐγένετο ῥῆμα θεοῦ ἐπὶ, יְהוָה דִּבֶּר יְהוָה אֶל vel עַל = factus est sermo Dei ad (prophetam).

filius, υἱός, τέκνον, בֶּן, בְּנֵי, varias pro variis vocibus, cum quibus conjungitur, habet significationes hebraizantes: a) *incolae vel cohabitantes*, e. g. filii Jerusalem, filii hujus mundi, filii sponsi vel cubiculi; incolae urbis collective vocantur etiam *filia*, e. g. filia Sion = incolae Jerusalem; *filiae* in plur. significat incolas femineas; b) *aliqua proprietate praeditus*, e. g. filius iniquitatis = iniquus, filii lucis = illuminati, filii tonitrus = tonantes, filii resurrectionis = resurgentes, filii incredulitatis = increduli; c) vox *filius* ad vocabulum rem bonam vel malam designans addita, significat *dignum, obnoxium*; e. g. filius pacis = pace dignus (vel pacificus), filius gehennae = gehenna dignus, filius perditionis = exitio dignus (vel perditus), filii irae = ira digni, filii mortis = morte digni (vel morti obnoxii); d) filius *temporis, anni* = annos natus, e. g. filius 500 annorum = 500 annus natus, filius unius anni = unum annum natus (conf. Latinum: decem annorum natus).

fructus ventris, lumborum, καρπὸς τῆς κοιλίας, τῆς ὀσφύος, פְּרִי הַלְּבָיִם, פְּרִי הַלְּבָבִים = proles, posterii; e *lumbis exire יִצָּא מִלְּבָבִים* = generari; *fructus labiorum, καρπὸς χειλέων, פִּי vel פְּרִי שִׁפְתַיִם* = sermo.

intrare et exire, יָצָא יָבֵא = הִלָּךְ vitam agere, vel familiariter conversari.

invenire gratiam, εὐρίσκειν χάριν ἐνόπιον τοῦ, מִצָּא הוּ בְּעֵינַי = gratum esse alicui, amari.

ligare et solvere, δέειν et λύειν, aram. אָסַר et שָׁרַף = interdicere et permittere, condonare, imperare, gubernare.

mittere (jacere) in cor, βάλλειν εἰς τὴν καρδίαν, לָב - אֵל vel שׁוּם בְּלֵב שׁוּם - לָב, = suggerere, persuadere alicui aliquid, aliquem permovere. (Sed βάλλειν τι ἐν θυμῷ τινος etiam apud Homerum). Simile est: implere cor alicujus, מְלֵא לָב = persuadere, impellere.

oculus nequam, ὀφθαλμὸς πονηρός, עֵין עָוֹן = invidia.

personam accipere, in personam respicere, πρόσωπον λαμβάνειν vel βλέπειν εἰς πρόσωπόν τινος, נִשְׂא פָּנִים vel הִבִּיחַ פָּנִים = partium studio teneri, respectu hominum duci.

si ei, אֵין est formula jurisjurandi elliptica; supplendum est: hoc eveniat mihi, si . . .

terra viventium, אֶרֶץ חַיִּים = terra ubi vivitur, haec terra, haec vita terrena.

verbum otiosum, ὄημα ἀργόν, hebr. שֵׁקֶר, chald. (Onqelos) בְּשֵׁלָן (otiosum) = sermo inanis, mendacium.

vertere, figere faciem aliquo, σιηρίζειν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, שׁוּם פָּנָיו לְ = statuere proficisci.

vox Domini, קוֹל יְהוָה nonnunquam = tonitrus.

4. — In novo Test. occurrunt etiam aliquot *rabbiniismi*, maxime in disputationibus Christi Domini contra legisperitos et in scriptis S. Pauli, rabbinorum discipuli. Rabbiniismi autem sunt dicendi modi, ab eruditis Judaeorum inventi vel inducti, ad notiones theologicas aliasve designandas. Multi rabbiniismi tempore Christi jam scholas egressi in sermonem quotidianum recepti erant. Praecipui rabbiniismi sunt:

a) *Voces et phrases*: regenerari, renasci, renasci desuper ἀνωθεν (מִמַּעַל) γεννηθῆσαι; nova nativitas παλιγγενεσία, nova creatura, caro et sanguis (= homo), solatium Israel (Messias).

b) *Citandi modus* rabbinis proprius, scil. designatio locorum libri nomine personae vel rei, cujus ibi mentio fit; item citatio per prima libri verba. E. g. *sub ἐπι Abiathar* (Marc. 2, 26.) i. e. loco, ubi de Abiathar agitur (I. Reg. cc. 21. et 22.); *in rubo* (Marc. 12, 26.) scilicet loco Pentateuchi, quo de rubo ardente sermo est (Ex. 3, 1—6.); *in Elia* (Rom. 11, 2.) idest ubi Elias narratur (III. Reg. 19, 14—18.). Deinde verba Christi in cruce: *Eli, Eli, lamâ šebaqtani* psalmum 21-um per exordium allegant.

c) *Termini technici S. Pauli et argumentandi modus* ejusdem omnino rabbinorum dicendi genus sapiunt.

Adnotatio 1. Nonnullae phrases et constructiones linguae Hebraicae propriae etiam apud scriptores imprimis poetas Graecos et Latinos sparsim inveniuntur.¹ At sensus earum saepe tantum similis est ei, qui in Bibliis est, non autem plane idem. Ipsa frequentia talium locutionum, apud profanos rarissimarum, linguam Hebraicam auctorum sacrorum arguit. Aliae phrases et imagines, procul dubio hebraizantes, e linguis Semiticis, e. g. e lingua Phoenicia, in linguam Graecorum transmigrarunt.²

Adnotatio 2. — Maxime cavendum est, ne tropi rhetorici in casibus singularibus adhibiti, vel voces ab omnibus fere gentibus ob universales logicae et idearum associationis leges tropice sumptae,³ pro veris hebraismis, communi usu sanctis vel tropis lexicalibus habeantur, — ut multis hebraismorum venatoribus accidit.

§. 25.

Alia elementa aliena linguae Graecae biblicae.

Praeter hebraismos in lingua Graeca biblica alia quoque inveniuntur elementa adventicia, linguae Graecae meliori aliena; specialiter a) *neologismi*, idest insolitae voces ac structurae, linguae recentioris (dialecti communis et vulgaris) propriae, post Alexandrum M. ortae; praeterea in Novo Test. b) *latinismi* et c) *christianismi*.

A) Neologismi frequentiores et notabiliores.

1. Lexicales.

a) *Voces et formae omnium dialectorum commiscuntur.* E. g. *voces Atticae*: αἰτός aquila, ἀλήθειν molere, ἰλεώς propitius, φιάλη phiala. — *Voces Doricae*: κλίβανος fornax, πιάζω capio, ποία gramen. — *Voces Ionicae*: βαθμός gradus, γογγύζω murmuro, ῥήσσω rumpo. — *Voces Macedoniae*: παρεμβολή castra, ῥόμη platea etc.

¹ Ita e. g. semen, pascere, mortem videre, cadere, calicem bibere, legem custodire, puer (famulus) etc.

² E. g. virum cognoscere, os gladii, viscera (misericordia) etc.; labium (pro ripa) plane e lingua Aegyptiaca ortum videtur.

³ E. g. intrare in mundum, sanguinem fundere, mulier, mater pro patria, pater pro Deo etc.